

ADATTÁR.

Művelődéstörténeti emlék a XV. századból.

A gróf TELEKI könyvtár nagyszámú inkunabulumai között van egy «*Commentarii Questionum Tusculanarum editi a Philippo Beroaldo*»¹ címlappal bíró szép ősnymtatvány, amelynek ez a kolofonja:

«Commentarios hosce q̄onū tusculanarum a Philippo beroaldo diligēter cōpositos: imp̄ssit B̄ndictus Hectorio Bonosi, adhibita p̄ viribus solertia & diligentia ne ab archetypo aberraret. Bonōn. Anno salutis 1496 6. kal. Augustas Joanne Bentivolo rei publice Bonōn habenas foeliciter moderante.»

Az ivrét nagyságú, 260 lapra terjedő, igen diszes kiállítású nyomdai termék féllap terjedelmű «Registrum»-mal, ezenkívül mesterjeggyel végződik; kezdő nagybetűi vörössel vannak festve, a mondatok vagy vörös színű festett jelekkel, vagy ugyancsak kézfestésű vörös C-betűkkel vannak egymástól elválasztva; a szöveget kísérő jegyzetek kisebb betűkből vannak szedve és balra nyíló U betű formában ölelik körül magát a nagyobb betűs szöveget.

A kommentator, Philippus Beroaldus Bononiensis az első levélen nyomtatásban fordul tanítványához, *Philippus Gyulanus Pannonius nobilis*-hez. Az érdekes levél teljes terjedelmében a következő:²

«*Philippi Beroaldi Bononiensis ad nobilem Philippum Gyulanum Pannonium discipulum suum epistola.*

¹ Hain: 2947. sz.

Szerk.

² A jeles bolognai tudós egy másik munkája: «*Commentarii . . . in Annum aureum Lucii Apuleij*», Velence, 1504, tudvalevőleg VÁRADI Péter kaloesai érsekhez intézett ajánló levelet tartalmaz, melynek főbb részeit olv. ÁBEL—HEGEDŰS: *Analecta nova ad historiam renascentium in Hungaria litterarum spectantia*. Budapestini 1903. 40—43. lapján. Az *analecta nova* e közléshez fűzött azon okoskodása, hogy az 1504. kiadást kell, hogy egy régibb (bolognai) megelőzte legyen, teljesen igaz s a jegyzet írója meg is találta volna HAIN-ban e föltételezett kiadást — ha APULEIUS címszó alatt keresi (1319. sz.). E kiadás különben a M. N. Múzeum könyvtárában is megvan *Inc. c. a. 762. sz. a. Szerk.*

Isocrates ille summus disciplinae Rhetoricae professor: ex cuius ludo litterario tāq̄ exequo Troiano innumeri principes exilierunt: super discipulis duobus theopompo atq̄ ephoro ita diiudicabat: ut alteri frenis: alteri calcaribus opus esse dicitaret. *Tu vero mi Philippe theopōpo q̄ ephoro similior: non tam stimulo eges ad studia excolenda q̄ freno: Cū tuapte sponte propensus adeo sis ad litteras sitiēter hauriendas: ut ardore quodam inflammatus rapi videaris.* Et cum doctoris officium sit ut docere: Discipuli ut velit prebere se docilem: ego quidem operādo: ut ex promptuario meo penora neque mucida neque putida tibi expromantur: *Tu aut̄ tanta ingenii docilitate existis: ut dociliores te oppido q̄ paucos cognoverim. Iam sex qui annū in meo contubernio mecū degis: quo toto tempore nulla per incuriam dies transmissa est: quin aut ipse tecum aliquid mussitaveris, aut ex me quippiam audiveris dignum auditu dignumq̄ memoratu.* Ex hac vigilantia, ex hoc pertinaci studio, ex hac quotidiana exercitatione tantum profecisti: ut linguae utiligines repurgaveris: ut salebras barbarismorum: qui transmontanis fere genuini ac peculiare sunt: latinitatis dolatorio levigaveris: ut iam prosa & versu pericliteris ingenium. Et cum in eo sis adolescētia lubrico: Inquo fere aut cadere: aut titubare contingat te nullus vitiorum turbo iactavit, non delitiae nostrates, non condiscipulorum sodalitates: *non illicibiles voluptates transuorsum trudere potuerunt a cultura litterarum: sine quibus cultus omnis est incultus et vita vix vitalis: Non fecisti quod complusculi scholasticoru: qui ad nos ut barbari veniunt: Ita barbari in patriam revertuntur rigidi prorsus & indolates: quos nulla scobina elimare, nulla ascia possis expolire. Ceperūt tamen haud pridem: quod mihi magnae voluptati est: plerique omnes transmontanorum me potissimum auspice & doctore barbariem exuere elegantiam induere: Nitorem linguae detersa rubigine ostentare, nec tam verbosas leges sectari q̄ eloquētiā latialem affectari: q̄bus non tam cordi: est Bartolus & Baldus: q̄ Plautus & Plinius, tu autem impensam operādos, ut in Pannoniam nitidior redeas atq̄ elegantior, neq̄ ulla ex parte sis Gyulanae familiae debonestamento: quae clara honarataq̄ apud Pannonios est: ex qua non pauci longo ab hinc seculo extiterunt nobilitate monstrabiles, & in presentia tres fratres tui Ladislaus, Georgius, Nicolaus prefecturis militaribus decorati, inter quos Georgius, quem moren nominant: cum primis enitescit: Comitatus affabilis, liberalitate munificus, bellica virtute prepollens, & ob id, maximo Pannonicorum regi periucundus. Qui cum bellum continenter gerat adversus turcas truculentos: eum ducatu bellico exornatum veluti obicem opposuit procellae efferatarum gentium suffrenandae*

atq̄ ferociae retundendae. Tu vero militiae huiusce nostrae litterariae sacramentis initiatus: et eloquentiae Candidatus: nihil omnitis earum rerum: quae tibi quae tuis: quae familiae esse possint ornamento: Quod mihi hortamentum sane fuit & incitabulum: ut tibi nuncupatim dedicarem commētarios Tusculanarum questionum: quos nuperrime excudi: quibus spero me dedisse tale temperamentum: ut neq̄ imodice extuberarent: neq̄ anguste astringerentur: quorum doctrina: neq̄ promiscua est, neq̄ protrita, ut pote ex philisophiae deprompta sacrario, intercisisim flosculi intexūtur spirantes svaveolentiam magis: q̄ graveolentiam: De tota re tu & ceteri sinceri lectores bene opinor indicabunt. Virulentorum linguas & oblatratorum morsus nihil moror. Quod superest deum rogo ut mihi tantiper vitam proroget: dum ero ad hanc commentandi facultatem idoneus. In manibus sunt commentarii apuleiani: quos intervallo brevi intermissos ad officinam revocare contendo, ut litteratoria incude formati usui esse possint mercis nostrae negotiatoribus & condimentorū nostrorum alimenta sectantibus. Vale & dilige doctorem».

Közli: GULYÁS KÁROLY.

Könyvkötő-nyugta 1567-ből.

Ego Michael Pántl concivis et *compactior librorum Posoniensis* recognosco praesentibus litteris meis, cum egregio domino Joanni Forstettero sacratissimae caesareae regiaeque maiestatis penes cameram Hungaricam perceptoratus officii contrascribae *unum regestum* officii sui ratio de anno 1566 in eo conscripta *illigaverim*, quod egregius dominus Ladislaus Mossoczy perceptor proventuum eiusdem camerae suae maiestatis caesareae *pro illigatione dicti regesti mihi parato numeravit et persolvit florenum unum Hungaricum*, harum mearum vigore et testimonio litterarum mediante. Actum Posonii decima quarta Maii anno 1567.

Michel Paintel,

Joannes Förstletterus.

Fedett pecséttel ellátott eredetije a Magyar Nemzeti Múzeum levéltárában. Törzsanyag 1567.

Közli: HOLUB JÓZSEF.

Helyreigazítás.

BACSÁNYINAK a mult füzet adattárában közölt beadványa nem a Magyar Múzsára, hanem — miként ez az okmány szövegéből is kitűnik — a *Magyar Múzeumra* vonatkozik.

Szerk.